



*Illustrissimo Celsissimoq; Principi
ac Domino:*

DOMINO IO-
HANNI CHRISTI-
ANO, DVCI IN SILESIA LIGNI-
CENSI AC BREGENSI &c: DOMINO

AC PRINCIPI SVO

Clementissimo.

*ILLVSTRISSIME CELSISSIME QVE PRINCEPS:
Domine clementissime:*



*Um ante menses aliquot praecleara indolis &
expectationis Adolescens, GEORGIVS
SCHONERVS, honestissimi viri, civisq;
Reipubl. nostrae optimi, D. IOSIAE SHO-
NERI, Filius unicus, mirabili, & inau-
dito ferè mortis genere obijisset: author &
suasor mihi Parens meus fuit, vt de casu hoc diligentius cogi-
tarem: & quid mihi de causis illius videretur, oratiuncula,
vel discursu aliquo comprehenderem, publicèq; nostra in Aca-
demia explicarem. Fore enim hoc & Medicinae studiosis uti-
le: & Facultati medicae honorificum: & omnibus omnium di-
sciplinarum cultoribus, propter rei novitatem, jucundum,
gratum, atque acceptum.*

*Ego, cum ex altera parte Parentis mandatum ac volun-
tatem considerarem: & obedientiam atque observantiam ge-*

(§) 2

nitori